



**Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera**

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;  
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

**Gregor <I., Papst>**

**Lutetia Parisiorum, 1675**

Sancti Gregorii Moralis Expositionis In Beatum Iob Liber Decimvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

SANCTI GREGORII  
MORALIS EXPOSITIONIS  
IN BEATVM IOB  
LIBER DECIMVS.

## CAPUT PRIMUM.

**U**O TIES in arena spectaculum fortis athleta descendenter, hi qui impares viribus existunt, vicecum se ejus expugnatio subiiciunt: & uno victo, contra hunc protinus alter erigitur; atque hoc subacto, alius subrogatur: ut luctantis vires quandoque moliores inveniant, quas ipsa sua crebrescens Victoria fatigat: quatenus cum novus quisque congregatur, is qui vinci virium qualitate non valet, personarum saltē mutatione superetur. Sic sic in hoc hominum Angelorumque spectaculo beatus Job fortis athleta prodiit, quantumque contra

A mutationes adversantium valeat, continuatione indefessi roboris ostendit. Cui primus se Eliphaz, secundus autem Baldad objicit, atque ad extremum se Sophar in ejus expugnatione supponit: qui ad inferendos ictus totis se conatibus erigunt, sed tamen ad feriendam altitudinem robusti pectoris non pertingunt. Ipsa quippe eorum verba patenter insinuant, quod ictus in auras jacent: quia cum sanctum virum non recte redarguunt, expressa in vacuum verba percellentis perdunt. Quod liquidum ostenditur, cum Sophar Naamathitis responsio à contumelias inchoatur, qui ait:

**CAP.** XI. **R**esppondens autem Sopl. ar Naamathites, dixit: Numquid qui multa loquitur, non & ipse audier? aut vir verbosus iustificabitur? Tibi soli rasebunt homines, & cum ceteros irriseris, a nullo confutaberis? Dixisti enim, Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo. Atque utinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi: ut ostenderet tibi secreta sapientia, & quod multiplex sit lex eius: & intelligeres quod multo minora exigaris a Deo, quam meretur iniq[ue]itas tua. Fortisan vestigia Dei comprehendes, & usque ad perfectum, Omnipotenter reperies. Excelso calc es, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari. Si subverterit omnia, vel in unum coartaverit, quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest, Cur ita facis? Ipse enim novit hominum vanitatem, & videns iniq[ue]itatem, nonne considerat? Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pallum onagri se liberum natum putat. Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas. Si iniq[ue]itatem, quae est in manu tua, abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia; tunc levare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis. Misericordia quoque oblivisceris, & quasi aquarum qua praterierunt, non recordaberis. Et quasi meridianus fulgor confusus tibi ad vesperam: & cum te consumptum putaveris, orientis ut lucifer. Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies. Requiesces, & non erit qui te exterrat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi. Occupa autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & spes illorum abominatio anima.

Quod recte dictis semper procaces ex adverso respondeant.

## CAPUT II.

**N**umquid qui multa loquitur, non & ipse audier? aut vir verbosus iustificabitur? ] Mos esse præcaciōnē solet, ut recte dictis semper ē diverso respondant, ne si ad prolata consentiant, inferiores esse videantur. Quibus justorum verba quamlibet pauca sonuerint, multa sunt: quia quod corum virtus resecent, auditum gravant. Unde & ad crimen trahitur hoc, quod recte prædicatione contra crimina profertur. Ipsū quippe qui ex veritate fortis sententias dixerat, Sophar redarguens, verbosum vocat: quia cum ab ore justorum sapientia culpas increpat, stultorum auribus superfluitas loquacitatis sonat. Pravī namque nihil rectum, nisi quod ipsi senserint, putant: & justorum verba eo otiosa æsti-

S. Greg. Tom. I.

B inant, quod suis hæc sensibus inveniunt diversa. Nec fallacem quidem Sophar sententiam præculit: quod vir verbosus iustificati nequaquam possit: quia dum quisque per verba difflit, perdita gravitate silentij, mentis custodiā amittit. Hinc quippe scriptum est: Cultus iustitiae, silentium. Hinc Salomon ait: Sic utrū patens & absque misericordiā ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Hinc rursus dicit: In multiloquio peccatum non deerit. Hinc Psalmista testatur, dicens: Vir linguis non dirigeretur super terram. Sed virtus vera scientia perditur, quæ sub discretionis custodia non profertur. Certum itaque est, quod verbosus iustificari vir nequeat. Sed bonum bene non dicitur: quia non intenditur cui dicatur. Vera quippe contra malos sententia, si bonorum rectitudinem impedit, vim suam perdit, & eo retusa reficit, quod illud est forte, quod ferit.

*Quod iusti ex reprobatione corrigantur, superbi vero ad defensionis sua infamiam erigantur.*

## CAPUT III.

**Q**UIA autem pravi audire bona patienter nequeunt, & cum vita emendationem negligunt, ad verba se responsonis accingunt, aperte Sophar insinuat, qui subiungit: [ *Tibi soli tacebunt homines, & cum ceteros irriseris, a nulo confutaberis?* ] Imperita mens, ut diximus, veritatis sententias graviter tolerat, & silentium paenam putat: atque omne quod recte dicitur, dedecus sue irrisoris arbitratur: quia cum vera vox pravorum se auribus admovet, memoriam culpa mordet, & in redargitione vitorum quod intus cognitione mens tangitur, foris ad studium contradictionis excitatur. Ferre vocem non valet: quia tacta in vulnera sui reatus dolet, & per hoc quod generaliter contra perversos dicitur, se impetr specialiter suspicatur. Quod enim intus egisse se meminit, audire foris erubescit. Unde mox se ad defensionem preparat, ut reatus sui verecundiam per verba prava refutationis tegat. Sicut enim recti de quibusdam que ab eis non recte gesta sunt, correptionis vocem, ministerium charitatis estimant; si perversi contumeliam derisionis putant. Illi se protinus ad obedientiam sternunt; isti ad infamiam sua defensionis eriguntur. Illi correptionis adjutorium, vita sua patrocinium depurant, per quod dum praesentis vitij culpa corripitur, venturi judicis ira temperatur; illi cum se impetr redargitione conspicunt, gladium percussum credunt: quia dum per correptionis vocem culpa detegitur, praesentis gloriae opinio feedatur. Hinc quippe in laudem iusti per Salomonem dicit veritas: *Doce justum, & festinabis accipere.* Hinc pravorum contumaciam despicit, dicens: *Qui erudi derisorum, ipsi sibi facit injuriam.* Nam sit plerisque, ut cum corupta in se mala defendere nequeunt, ex verecundia peiores fiant; ac si in sua defensione superbiant, ut quedam vitia contra vitam corripientis exquirant, & eò se criminiosos non estimant, si crimina & aliis imponant. Qui cum vera invenire nequeunt, fingunt: ut ipsi quoque habent, quod non impari justitia incipere videantur. Unde & Sophar, quia quasi irriter se per incrationem doluit, protinus D mentiendo subiungit: [ *Dixisti enim, Purus es sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo?* ] Qui beati Job dictorum meminit, quam falso hoc vocillius impingatur, agnoscat. Quomodo enim mundum se dicere potuit, qui ait: *Si iustificare me volvero, o meum condemnabit me?* Sed habet hoc pravorum malitia, ut cum vera in se flere mala renuit, fingat aliena. Nam quasi solatio facinoris uitit, si falsis vocibus & vita corripientis inquietur. Scendum vero est, quod plerisque paversi verbottenus bona optant, ut mala esse, quae in praesentibus habentur, ostendant; & quasi faventes prospera expertunt, ut benigni videantur. Unde & Sophar protinus subicit, dicens: [ *Atque utinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi.* ] Ipse quippe sibi homo loquitur, cum per hoc quod sentit, nequam diuinatus spiritu a carnalis prudentia intellectu separatur, cum caro sensum exerit, & mentem quasi ad intelligentiam provocans, foras mittit. Unde & adhuc Petro terrena sapienti Veritas dicit: *Non enim sapiens qua Dei sunt, sed qua hominum.* Cui tamen recta confitenti dicitur: *Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in celis est.* Quid autem Dei labia, nisi judicia ejus accipimus? Clausis namque labiis vox premittur, & sensus tacentis ignoratur: apertis autem, sermo dum promittit, animus loquentis innuitur. Labia itaque sua Deus aperit, cum voluntatem suam hominibus per aperta judicia ostendit. Quasi enim referato ore loquitur, cum re-

*Prov. 9.*

*Ibid.*

*1ob. 9.*

*4.*

*Marc. 8.*

*d*

*Mat. 16.*

*c*

*al. in-*

*venit.*

A mota obscuritate dispositionis intimæ renuit occultare quod vult. Nam velut clavis labii sensum nobis suum non indicat, cum per occulta judicia cur quid faciat, celat. Sophar itaque beatum Job ut de carnali intellectu redarguat, sequi ipsum quantæ sit benignitatis ostendat, ea bona optat, quæ & cum habentur, ignorat, dicens: [ *Atque utinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi.* ] Ac si parenter dicat: Imperitie tua potius quam precempior: quia sola carnis prudentia prædictum, à veritatis se spiritu vacuum agnoscat. Si enim Dei judicia occulta cognosceres, tam procaces contra illum sententias non sonares. Et quia omnipotens Deus cum ad consideranda nos sua judicia sublevat, ignorantia nostræ protinus cœcitatatem fugat: quæ apertis ejus labiis, ad nos eruditio prodeat, protinus adjungendo manifestat, dicens:

*Quod secreta sapientia Dei nullus inquirendo valit invenire: & quod charitas Dei cum misericordia eadem sit, quia ad innumeram operamentem multiformiter accedit.*

## CAPUT IV.

**V**T ostenderet tibi secreta sapientia, & quod multiplex sit lex eius. ] Publica sapientia supernæ sunt opera, cum omnipotens Deus regit, quos crebat; perficit bona, quæ inchoat; & aspirando adjuvat, quos visitationis sua lumine illustrat. Cum enim liquet, quia quos gratis condidit, benignè disponit. Et cum spiritualia dona largitur, ipse perficit quod ipse ex munere sua benignitatis inchoavit. Secreta vero sapientia supernæ sunt opera, cum Deus quos creavit, deserit; cum bona, quæ præveniendo cœperat, nequaquam prosequendo consummat; cum claritate nos sua illustrationis illuminat; & tamen permisit carnis tentationibus, tenebris cœcitatibus pulsat; cum dona qua contulit, minimè custodit; cum & mentis nostræ ad se desideria exitat, & tamen occulto judicio, difficultate nos nostræ imbecillitatis angustat. Quæ nimur secreta ejus sapientiae pauci valent inquirere, sed nullus invenire: quia quod super nos de nobis ab immortali sapientia non influit disponitur, justum profectò est, ut a nobis adhuc mortalibus ignoretur. Sed hæc ipsa sapientia illius secreta conspicere, ut cumque jam incomprehensibilitatis ejus est potentiam videre: quia eti in ipsa consiliorum ejus inquisitione deficitus, deficiendo tamen verius discimus quem timeamus. Ad hæc se Paulus sapientia illius secreta tenererat, cum dicebat: *O altitudo divinitatum sapientie & scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus, & investigabiles via ejus!* *Quis enim cognovit Iesum Domini?* aut quis consiliarius ejus fuit? Qui superioris etiam ex ipsa inquisitione lassescens, sed tam ad cognitionem infirmitatis propriæ lassescendo proficiens, præmitit dicens: *O homo, tu quis es qui respondeas Deo?* *Numquid dicas signum ei qui se finxit?* *Quare me fecisti sic?* Qui igitur ad occulta Dei pertinere non valens, ad infirmitatis sua cognitionem rediit, atque ad eruditionem se propriam deficiendo revocavit, ut ita dicam, secreta sapientiae non inveniens, invenit: quia cum ad superna confilia requirenda lassesceret, didicit ut humilis timearet: & quem sua infirmitas à cognitione intima repulit, hunc ei verius humilitas junxit. Sophar itaque & per scientię studium peritus, & per audaciam tumida locutionis ignarus, quia ipse gravitatem non habet, meliori optat quod habet, dicens: [ *Atque utinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi: ut ostenderet tibi secreta sapientiae.* ] Qui eam accipi, nisi charitas debet: per quam semper in mente leguntur præcepta vite, qualiter in actione teneantur.

*Ioan. 15.* De hac etenim lege veritatis voce dicitur: *Hoc est praeceptum meum, ut diligaris invicem.* De hac Paulus ait: *Plenitudo legis est dilectio.* De hac iterum Galat. 6. dicit: *Alter alterius onera portare, & sic ad implebitis legem Christi.* Lex etenim Christi quid congruentius intelligi, quam charitas potest? Quam tunc vere perficimus, cum fraterna onera ex amore toleramus. Sed haec eadem lex multiplex dicitur: quia studiosa sollicitudine charitas ad cuncta virtutum facta dilatur. Quae a duabus quidem praepreceptis incipit, sed se ad innumeram extendit. Hujus namque legis initium, dilectio Dei est, & proximi. Sed Dei dilectio per tria distinguitur: quia ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute diligendi conditor iubetur. Quia in re notandum est, quod divinus sermo cum Deum diligere praecepit, non solum narrat ex quo, sed etiam informat ex quanto, cum subiungit, ex toto: ut videlicet qui perfecte Deo placere desiderat, sibi de se nihil relinquat. Proximi autem dilectio ad duo praecerta derivatur, cum & per quemdam justum dicitur: *Quod ab alio tibi odies fieri vide ne tu alteri facias.* Et per semetipam Veritas dicit: *Quo vulnus ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Quibus duabus scilicet utriusque Testamenti mandatis, per unum malitia compescitur, per aliud benignitas praerogatur: ut malum quod pati non vult quisque non faciens, cesseret a nocendi opere; & rursum bonum quod sibi fieri appetit, impendens, erga utilitatem se proximi exercet ex benignitate. Sed hac nimurum duo dum sollicita intentione cogitantur, cor ad innumeram virtutum ministeria tenditur, ne vel ad inferenda quae non debet, desideriis inquietia mens ferveat, vel erga exhibenda quae debet, otio resoluta torpescat. Nam cum caverter aliter faceret, quod nequam vult ab altero ipsa tolerare, sollicita se intentione circumspicit, ne superbia elevet, & usque ad despectum proximi, animum dejiciens exaltet: ne ambitio cogitationem dilaniat; cumque hanc ad appetenda aliena dilatata, anguster: ne cor luxuria polluat, & subiectum desiderii per illicita corrumpat: ne ira exasperet, & usque ad proferendam contumeliam inflammet: ne invidia mordeat, & alienis felicitatibus amula, sua se face consumat: ne immoderata lingua loquacitas perfrat, eamque usque ad lasciviam obtrebat: ne extendat: ne odium malitia exciter, & os usque ad jaculum maledictionis irritet. Rursum cum cogitat, ut ea alteri faciat, que ipsa sibi fieri ab altero expectat, pensat nimurum ut malis bona, & bonis meliora respondet: ut erga procaces mansuetudinem longanimitatem exhibeat: ut malitia peste languentibus gratiam benignitatis impendant: ut discordes pace uniat, & concordes ad concupiscentiam vere pacis accingat: ut indigentibus necessaria tribuat: ut errantibus viam rectitudinis ostendat: ut afflictorum verbo & compassione mulcat: ut accenso in hujus mundi desideriis increpatione restinguat: ut minus potentum ratiocinatione mitiget: ut oppressorum angustias quanta prevalet ope levet: ut foris resistenteribz opponat patientiam: ut intus superbientibus exhibeat cum patientia disciplinam: ut erga errata subditorum sic mansuetudo zelum temperet, quatenus a iustitia studio non energet: sic ad ultionem zelus ferveat, ne tamen pietatis limitem fervendo transcendat ingratis beneficiis ad amorem provocet: ut gratos quoque ministerii in amore servet: ut proximorum mala cum corrigeret non valet, taceat: utque cum corrigi loquendo possunt, silentium consentum esse pertineat: ut sic ea quae tacer, toleret, ne famen in animo virus doloris occultet: ut sic malevolis munus benignitatis exhibeat, ne tamen per gratiam a jure rectitudinis excedat: ut cuncta proximis, quae prevalet, impendant, sed haec impendendo non tumeat: ut sic in bonis quae exhibet, tumoris precipitum paveat, ne tamen a boni

S. Greg. Tom. I.

A exercitio torpescat: ut sic quae possidet, tribuat, quantum quanta sit largitas remunerantis, attendat: ne cum terrena largitur, suam plus quam necesse est inopiam pertimeat, & in oblatione munieris, hilaritatis lumen tristitia obscurat. Bene ergo lex Dei multiplex dicitur: quia nimurum cum una eadent que sit charitas, si mentem plene ceperit, hanc ad innumeris opera multiformiter accedit. Cujus diversitatem breviter exprimimus, si in electis singulis bona illius perstringendo numeremus. *Hac* namque primum per Abel & elepha Deo munera obrulit, & fratris gladium non reluctando toleravit. *Hac* Ennoch & inter homines spiritualiter vivere docuit, & ad sublimem vitam ab hominibus etiam corporaliter abstraxit. *Hac* Noe, despexit omnibus, solum Deo placabilem ostendit, atque in arca fabricam studio longi laboris exercevit, & mundo superstitem pio opere excedeendo servavit. *Hac* per Sem & Japheth humiliter verenda patris erubuit, & superjecto doris pallio, quo non videbat, abscondit. *Hac* Abraham dextram quia ad mortem filij obediendo extulit, hunc prolis innunera gentium patrem fecit. *Hac* Isaac mentem, quam semper ad mundum tenuit, caliginibus aetate oculis, ad videnda longe post ventura dilatavit. *Hac* Jacob compulit & amissum bonum filium medullitus gemere, & pravorum filiorum presentiam sub æquanimitate tolerare. *Hac* Joseph docuit a fratribus venundatum, & libertate animi infrausta servitum perpeti, & eisdem post fratribus mente non clara principari. *Hec* Moysen delinquentem populo, & usque ad petitionem mortis in precibus stravit, & usque ad interfectionem populi per zeli studium erexit: ut & pro percuteente plebe sece morti objiceret, & contra peccantem protinus vice Domini irascens sevirat. *Hac* Phinees brachium in ultionem peccantium erexit; ut arrepto gladio coeuntres transfigeret, & iram Domini iratus placaret. *Hac* Ioseph exploratorem docuit, ut & prius contra falsos quos cives veritatem verbo defendenter, & hanc postmodum gladio contra hostes allegaret. *Hac* Samuel & in principatu humilem præbuit, & integrum in dejectione servavit: qui cum persequenter le plebem diligenter, ipse sibi testimonium extitit, quia culmen, ex quo dejectus est, non amavit. *Hec* David ante iniquum regem & humilitate commovit ad fugam, & pietate replevit ad veniam: qui persecutorem suum & timendo fugit ut dominum, & tamen cum potestatem eum feriendi reperit, non agnoscit inimicum. *Hec* Nathan & contra peccantem regem in auctoritatem liberæ increpationis sustulit, & cum regis culpa decesserit, in petitione humiliter stravit. *Hec* Eliam nuditatem carnis in prædicatione non erubuit, & subducto carnali velamine, superna mysteria penetravit. *Hec* Eliam, quia fervore zelo vivere spiritualiter docuit, ad vitam quoque & corporaliter abstraxit. *Hec* Elisa, quia magistrum simpliciter diligere instituit, magistrum spiritu duplificiter implevit. Per hanc Hieremias ne in Ægyptum populus descendenter, restitit: sed tamen & inobedientes diligens, quod descendendi prohibuit, & ipse descendit. *Hec* Ezechiel, quia prius a terrenis libravit, post per cinquimum capitum in aere libravit. *Hec* in Daniele, quia a regiis dapibus gam compescuit, ei & esurientium ora leonum clausit. *Hec* tribus pueris, quia in tranquillitate positis incendia vitiorum subdidit, tribulationis tempore & flammis in fornace temperavit. *Hec* in Petro & minis terrentium principum fortiter reflxit, & in circumcisione submoyenda, minorum verba humiliiter audivit. *Hec* in Paulo & manus persequientium humiliiter pertulit, & tamen in circumcisionis negotio longe se impars prioris sensum audenter increpavit. Multiplex ergo ista lex Dei est, quae singulis rerum articulis non permutata congruit, & causis

Vij

*t. Cor.  
13. b.*

se variantibus non variata conjungit. Cujus nimirum legis multiplicitatem bene Paulus enumerat, dicens: *Charitas patiens est, benigna est: non emulatur, non inflatur, non agit perperam, non est ambitiosa, non querit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.* Patiens quippe est charitas: quia illata mala æquanimiter tolerat. Benigna vero est: quia pro malis bona largiter ministrat. Non emulatur: quia per hoc quod in praefecti mundo nil appetit, invidere terrenis successibus nescit. Non inflatur: quia cum præmium internæ retributionis anxia desiderat, de bonis se exterioribus non exaltat. Non agit perperam: quia quod se in solum Dei ac proximi amorem dilatat, quidquid à rectitudine discrepat, ignorat. Non est ambitiosa: quia quod ardenter intus ad sua faragit, foris nullatenus aliena concupiscit. Non querit quo sua sunt: quia cuncta que hic transitorie possident, velut aliena negligit; cum nihil sibi esse proprium, nisi quod secum permaneat agnoscat. Non irritatur: quia & injuriis lacepsita, ad nullos se ultionis sua motus excitat, dum pro magnis laboribus majora pòtē præmia expectat. Non cogitat malum: quia in amore munditiae mentem solidans, dum omnne odium radicitus eruit, versare in animo quod inquiet, nescit. Non gaudet super iniquitate: quia sola dilectione erga omnes inhiat, nec de perditione adversantium exultat. Congaudet autem veritati: quia ut se ceteros diligens, per hoc quod rectum in aliis consipit, quasi de augmento proprij profectus hilarescit. Multiplex ergo ista lex Dei est, quæ contra uniuscujusque culpa jacobum, quod perimendam mentem impedit, instructionis sue munimine semper occurrit: ut quia antiquis hostiis varia circumspectione nos obfiderit, ipsi hunc de nobis multipliciter expugner. Quam nimirum legem si sollicita confideratione penitamus, auctori nostro quantum quotidie delinquamus, agnoscamus. Si autem culpas perpendimus, profectè æquanimiter flagella toleramus: nec ex dolore charitas ad impatientiam proruit, cum suo se judicio conscientia addicit. Unde Sophar quid diceret, sciens; sed cui dicaret, nesciens; postquam præmisit, dicens: [ *Vt offendere tibi secreta sapientia, & quod multiplex sit lex ejus;*] protinus adjungit:

*Quod sepe magnis doctoribus contingit, ut nimia charitate ferventes, modum correctionis excedant: & quid sit, quod per Moysen dicitur: Qui casu ferro de manubrio lapso nolens hominem occiderit, ad unam leviticarum urbium configiat.*

## CAPUT V.

*E*t intelligeres quod malo minora exigeris à Deo quam meretur iniquitas tua. Dolor quippe, ut diximus, flagelli temperatur, cum culpa cognoscitur: quia tantò quisque patientius ferramentum medici tolerat, quanto putridum consipit esse quod fecerat. Qui igitur multiplicitatem legis intelligit, cuncta que patitur, quam sint minora perpendit: quia per hoc quodculpæ pondus agnoscitur, afflictionis pena levigatur. Sed inter hæc sciendum est, quia sine magna iniquitate non fuerit, quod Sophar virum iustum usque ad objectionem iniquitatis increpavit. Unde & corum audaciam veritas justè redarguit, sed benignè ad gratiam reducit: quia apud misericordem judicem nequaquam sine venia culpa relinquitur, cum per fervorem zeli ex ejus amore peccatur. Sæpe namque magnis hoc doctoribus, miransque contingit, ut quod alta charitate fervent, eò modum correctionis exaggerent, & lingua aliquid, quod non debet, dicat: quia mentem dilectione quantum debet, inflammat. Sed verbo prolatæ contumelie tantò citius parcitur, quando & ex qua radice procedat, pensatur. Unde & per Moysen Dominus precepit, dicens: *Si quis abierit cum amico suo simpliciter in silvam ad ligna cedenda, & lignum securis fugerit ma-*

*nus, ferrumque lapsum de manubrio amicum ejus percussit, & occiderit, hic ad unam supradictarum urbium fugiet, & vivet: ne forte proximus ejus, cuius effusus est sanguis doloris simul persequatur, & apprehendat eum, & percutiat animam ejus. Ad silvam quippe cum amico inuis, quotiens cum quolibet proximo ad intuicionem delicta nostra convertimur: & simpliciter ligna succidimus, cum delinquentium vita pia intentione resescamus. Sed securis manu fugit, cum se se crepat, plusquam necesse est, in alperitatem pertrahit. Ferrumque de manubrio proslit, cum de correptione sermo durior excedit: & amicum percutiens occidit, quia auditorem suum prolate contumelie ab spiritu dilectionis interficit. Correpti namque mens repente ad odium proruit, si hauc immoderata increpatione, plusquam debuit, addicit. Sed is qui incaute ligna percutit, & proximum extinguit, ad tres necesse est urbes fugiat, ut in una earum defensus vivat: quia si ad pœnitentiam lamenta conversus, in unitate sacramenti sub spe, fide, & charitate absconditur, reus perpetrati homicidij non tenetur: eumque extinti proximus & cum invenerit non occidit: quia cum districtus judex venerit, qui se nobis per naturę nostrę consoritum junxit, ab eo proculdubio vindicta de culpæ reatu non experit, quem sub ejus venia spes, fides & charitas abscondit. Citiùs ergo culpa dimittitur, quæ nequaquam malitia studio perpetratur. Unde & Sophar iniquum vocat, quem superna sententia laudaverat; nec tamen à venia reprobatus excluditur, quia ad verba contumelie divini amoris zelo promovetur. Qui pro eo quod beati Job merita non agnoscit, ex imperita adhuc irrisione subiungit, dicens:*

*Quodin quibusdam donis suis, quasi ex vestigiis bonitatis conspicimus Deum.*

## CAPUT VI.

*F*orstan vestigia Dei comprehendes, & usque ad perfectum, Omnipotentem reperies. Quid Dei vestigia nisi benignantatem illius visitationis vocat? Quibus nimirum progredi ad superna provocamur, cum ejus spiritus afflatus tangimur, & extra carnis angustias sublevati, per amorem agnoscamus contemplandam auctori nostri speciem, quam sequamur. Nam cum mentem nostram spiritualis patriæ amor inflammat, quasi sequentibus iter infinitus, & subiecto cordi velut quoddam vestigium Dei gradientis imprimitur; ut ab eo rectis cogitationum gressibus via vita teneatur. Quem enim needum cernimus, restat necesse est, ut per vestigia sui amoris indagemus: quatenus usque ad contemplationis speciem quandoque mens\* veniat, quam nunc \* al. in quasi à tergo subsequens, per sancta desideria ex- veniat, plorat. Hec Psalmista auctoris nostri vestigia bene quæ sequi noverat, cum dicebat: *Adhaesit anima mea post psal. 62. te. Quem reperire quoque usque ad visionem sua c celistudinis fatigebat, cum dicebat: Sitivit anima psal. 41. mea ad Deum vivum; quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Tunc quippe cognitione manifesta omnipotens Deus reperitur, cum mortalitatis nostra funditus corruptione calcata, ab assumptis nobis in divinitatis sua claritate conspicitur. Nunc autem à carnali cogitatione animum infusi spiritus gratia sublevat, & in contemptum rerum transeuntium exaltat; totumque mens quod appetebat in infimis, despicit, atque ad superna desideria ignescit, & contemplationis sua vi extra carnem tollitur, quæ corruptionis sue ponderis adhuc in carne retinetur. Incircumscripti luminis jubat intueri conatur, & non valer; quod infirmitate pressus animus & nequaquam penetrat, & tamen repulsus amat. Jam namque de se conditor per quod ameritur, offendit; sed visionis sua speciem amantibus subtrahit. Sola ergo ejus vestigia consipientes gradimur, qui hunc per donorum suorum signa lequimur, quem needum videmus.

*Quid Deus in natura sua altitudine, humanae similitudine, atque angelica subtilitate fit investigabilis.*

## CAPUT VII.

**Q**UAE nimirum vestigia comprehendendi nequeunt: quia unde, ubi, quibusmodi vennant ejus spiritus dona, nesciuntur; Veritate attente, quæ ait: *Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, & nefis unde veniat, aut quod vadat.* In retributione autem culmine reperi Omnipotens per contemplationis speciem potest, sed tamen ad perfectum non potest: quia eti hunc in claritate sua quandoque conspicimus, non tamen ejus essentiam plenè contumus. Angelica etenim, vel humana mens cum ad incircumscriptionem lumen inhiat, eo ipso se, quod est creatura, coangustat; & super se quidem per proiectum tendit, sed tamen ejus fulgore comprehendere nec dilata sufficit, qui & transcendendo & portando omnia, & implendo concludit. Unde & adhuc subdit: [ *Ex celsior calo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? Longior terra mensura ejus, & latior mari.* ] Quod Deus calo excelsior, inferno profundior, terra longior, marique latior esse describitur: tantò spiritualiter debet intelligi, quantò de eo quidquam nefas est juxta corpora linea menta sentire. Sed calo est excelsior, quia incircumscriptione sui spiritus cuncta transcedit. Inferno profundior, quia transcendendo subvehit. Terrā longior, quia creature modum perennitatem suam aeternitatis excedit. Mari latior, quia rerum temporium fluctus sic regens possideret, ut hos sub omnimoda potentia sua praesentia coangustando circumdet. Quamvis possint & celi appellatione Angeli, & inferni vocabulo dæmonia designari: per terram verò justi homines, per mare autem peccatores intelligi. Excelsior itaque est calo, quia ipsi quoque electi spiritus, visionem tanta celitudinis perfectè non penetrant. Profundior inferno est, quia malignorum spirituum astutias longè subtilius, quam ipsi putaverant, judicans damnat. Terrā longior, quia longanimitatem nostram patientiam divinæ longanimitatis exuperat, quia nos & peccantes tolerat, & converbos ad premia remuneratio nis expectat. Maris latior, quia ubique facta peccantium, retributionis sua præsentia occupat, ut & cum non præsens per speciem cernitur, praesens per iudicium sentiat. Cuncta tamen ad solum referri hominem possunt, ut ipse sit calum, cum jam per desiderium summis inhæreat. Ipse infernus, cum temptationum suarum caligine perturbatus in infinitis jacet. Ipse terra, quia in bono opere fixa spei ubertate fructificat. Ipse mare, quia in quibusdam trepidus quatuor, & aurā suæ mutabilitatis agitatur. Sed calo est excelsior Deus, quia potentia ejus magnitudine vincimur, etiam cum super nosmet ipsos elevamus. Inferno profundior, quia nimirum plus indicat, quam ipse se humanus animus in temptationibus investigat. Terrā longior, quia fructus vite, quos in fine retribuit, nequaquam nunc vel spes nostra comprehendit. Maris latior, quia humana mens fluctuans, multa de his quæ ventura sunt conjetit: sed cum jam cernere, quæ estimaverat, cœperit, angustam se fuisse in sua estimatione cognoscit. Excelsior igitur calo fit, cum ipsa in eum nostra contemplatio deficit. Unde & Psalmista cor in altum posuerat: sed needum se eum contingisse sentiebat, <sup>1. Cor. 4.</sup> dicens: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, nec potero ad eam.* Inferno se profundorem noverat, qui semetipsum discutiens, sed ejus subtiliora iudicia pertimescens, dicebat: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est.* Longiorem terra viderat, cum minora ei esse humanae mentis vota

A pensabat, dicens: *Qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus.* Latiorem mari conspicerat, qui timendo pensabat, quia nequaquam mens humana immenitatem distinctionis ejus agnosceret, quantumlibet inquirendo fluctuaret, dicens: *Quis novit potestatem ira tua, Psal. 89.* aut præ timore iram tuam dinumerare? Cujus bene potentiam egregius nobis docto insinuat, cum breviter narrat: *Ut possitis comprehendere cum omnibus Ephef. 3.* Sanctis, quæ sit latitudo, longitudi, sublimitas, & profundum. Habet quippe Deus latitudinem: quia dilectionem suam usque ad collectionem persequentium tendit. Habet longitudinem: quia ad vite hom. 6. patriam nos longanimitate tolerando perducit. Ha- in fine bet sublimitatem: quia ipsorum quoque intelligentiam,

B qui recepti in supernam fuerint congregacionem, transcendit. Habet profundum: quia damnatis inferiis, distinctionis sua judicium incomprehensibiliter exercit. Quæ scilicet quatuor nobis in hac vita positis singulis exercet: quia & latitudinem amando, & longitudinem tolerando, & celitudinem, non solum nostram intelligentiam, sed etiam vota superando, & profunditatem suam exhibet, occults & illicitos cogitationum motus districte judicando. Sed ejus celitudo & profunditas quam sit investigabilis, nullus agnoscerit, nisi qui vel contemplatione ad summam proverbi, vel occultis motibus refligens, temptationum cœperit importunitate turbari. Unde & beato Job dicitur: [ *Ex celsior calo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces?* ] Ac si aperte despecto dicere: \* al. 2. Profunditatem ejus, atque excellentiam quando tu cognoscere sufficiis, qui vel virtute ad summam evehi, vel temetipsum reprehendere in temptationibus nescis? Sequitur:

*Quod calum, & infernus, & mare, & terra coartantur in unum, cum una eademque mens Deum per contemplationem intuerit, & ex carnis mole ad temptationum tenebras redit, & quasi à tertio calo elapsa, lege membrorum & stimulo carnis fluctuans agitatur.*

## CAPUT VIII.

**S**i subverterit omnia, vel in unum coartaverit, quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest, Cur ita facis? ] Subvertit Dominus calum, cum terribili & occulta dispensatione humanae contemplationis celitudinem destruit. Subvertit infernum, cum cuiuslibet mentem in suis temptationibus pavidam cadere etiam ad deteriora permittit. Subvertit terram, cum fructificationem boni operis adversis iruentibus intercidit. Subvertit mare, cum fluctuationem nostræ titubationis emergente subito pavore confundit. Dubietate quippe sua cor <sup>12.</sup> cœrium, hoc ipsum quia titubat, valde formidat; & quasi mare subvertitur, cum ipsa in Deum nostra trepidatio, considerato ejus iudicio terrore, turbatur. Quia igitur, quomodo calum vel infernus, terra vel mare subvertitur, breviter diximus; nunc aliquantulum laboriosius restat, ut haec qualiter in unum coartari valeant, demonstremus. Sape namque contingit, ut ad summa jam mentem spiritus elevet, sed tamen hanc importunis caro temptationibus impugnet. Cumque ad contemplanda cœlestia animus ducitur, objectis actionis illicitæ imaginibus reverberatur. Nam carnis repente hunc stimulus lauiciat, quem extra carnem contemplatio sancta rapiebat. Calum ergo simul infernusque coartatur, cum unam eademque mentem & sublevatio contemplationis illuminat, & importunitas temptationis obcurat: ut & videat intendendo quod appetat, & succumbendo in cogitatione, toleret quod crudeliat. De calo quippe lux oritur, infernus autem tenebris possidetur. In unum ergo calum infer-

nusque redigitur, cum mens, qua jam lucem patriæ supernæ considerat, etiam de carnis bello tenebras occultas tentationis portat. Certè jam Paulus tertij cali culmen ascenderat, jam paradisi secreta cognoverat, & tamen adhuc carnis bella tolerans genebat, dicens: *Vide aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mea.* & captiuorum mendicentem in lege peccati, qua est in membris meis. Quid ergo in hujus tanti predictoris pectori, nisi celum Deus infernumque coartaverat, qui & visionis intimæ jam lumen acceperat, & tamen adhuc tenebras de carne tolerabat? Super se viderat quod lætus appeteret, in se cernebat quod metuens doleret. Jam cœlestis patrie lux irradiauerat: sed adhuc tentationis obscuritas animum confundebat. Cum celo ergo infernum pertulit: quia & illuminatum securitas erexit, & tentatum gemitus stravit. Et saepe contingit, ut fides in mente jam vigeat, sed tamen ex parte aliquantula in dubietate contabescat: quatenus & certa se à visibilibus elevet, & ex quibusdam se incerta perturbet. Nam plerumque ad æternam appetenda se erigit, & subortis cogitationum stimulis agitata, sibimetipsum contradicit. In unum ergo terra mareque coartatur, cùm unam eamdemque mentem, & certitudi solidæ fidei roborat, & tamen ex aliquantula mutabilitate perfidie, aura dubietatis versat. An non in suo pectori coartari terram mareque cognoverat, qui & per fidem sperans, & per infidelitatem fluctuans, dicebat: *Credo Domine, ad uia a incredulitate me am.* Quid itaque est, quod & se credere asserit, & adjuvari in se incredulitatem querit: nisi quod coartari in suis cogitationibus terram cum mari reprehenderat, qui & exorare certus jam per fidem ceperat, & adhuc incertus undas perfidie ex incredulitate tolerabat? Quod tamen occulta fieri dispensatione permittit: ut cùm mens jam surgere ad reuelationem cœperit, pravitatis sue reliquias impugnatur: quatenus hæc ipsa impugnatio, aut resistenter exerceat, aut delectationibus seductam frangat. Rechè itaque nunc dicitur: [Si subverterit omnia, vel in unum coartaverit, quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest? Curia facis?] quia nimur divinum iudicium nec adversitate valet imminui, nec inquisitione cognosci; cùm vel virtutes quas tribuerat, subtrahit; vel has omnino non adimens, vitiorum concuti impugnatione permittit. Sæpe namque in elationem cor attollitur, cùm letis succubibus in virtute roboratur: sed dum latentes motus audacie in cogitatione conditor conficit, se fibi hominem ostendendo derelinquit: ut ejus mens derelicta quid sit, inveniat, quæ male in se secura gaudebat. Unde cùm subvertit omnia, vel in unum coartari dicerentur, protinus additur;

*Quod ex virtutis virtutia nascentur, & qui minima negligit, paulatim cadit.*

#### CAPUT IX.

**I**psæ enim novit hominum vanitatem, & videns ini-  
quitatem, nonne considerat? ] Ac si præmissa patet  
subiungere, dicens: *Quia tolerando succre-  
scere virtus conficit, judicando dona confundit. Re-  
bus vero in discretione ordo servatur, cùm prius  
nosci vanitas, & post considerari iniquitas perhibe-  
tur. Omnis quippe iniquitas, vanitas, non tam  
omnis vanitas esse iniquitas solerit. Vana namque agi-  
mus, quotiens transitoria cogitamus. Unde & eva-  
nescere dicitur, quod repente ab inquietu oculis  
aufertur. Hinc Psalmista ait: *Vniverſa vanitas om-  
nis homo vivens:* quoniam per hoc, quod vivendo  
ad interitum tendit, rechè quidem vanitas dicitur,  
sed nequaquam rechè etiam iniquitas appellatur:  
quia etiæ de poena est culpæ quod deficit, non tamen  
hoc ipsum culpa est, quod à vita percurrit. Vana  
sunt itaque, quæ transeunt. Unde & per Salomo-*

A nem dicitur: *Omnia vanitas.* Aptè autem post va- <sup>Eccle. 1.</sup>  
nitatem protinus iniquitas subinfertur: quia dum  
per quædam transitoria ducimur, in quibusdam  
noxiæ ligamur: cumque mens incommutabilitatis  
statum non tenet, à semetipsa defluens, ad vitia pro-  
rumpit. Vanitas ergo ad iniquitatem labitur, quæ  
assuta rebus murabilibus, dum ex aliis ad alia semper  
impellitur, suborientibus culpis inquinatur.  
Potest tamen & vanitas culpa intelligi, & iniquita-  
tis nomine, reatus gravior demonstrari. Si enim  
ali quando vanitas culpa non esset, Psalmista non  
diceret: *Quamquam in imagine Dei ambulet homo,* <sup>Psal. 38.</sup>  
*tamen vanè coniurbatur. T'hesaurizat, & ignorat*  
*cui congreget ea:* quia quamvis Trinitatis imagi-  
nem in natura servemus, vanis tamen delectationis  
motibus perturbati, in conversatione nostra delin-  
quimus; ut modis nos semper alternantibus cupi-  
do concitari, metus frangat, lætitia mulcet, dolor  
affligat. Ex vanitate ergo, ut & superius dictum  
est, ad iniquitatem ducimur, cùm prius per levia  
delicta \* deflextimus, ut uero cuncta levigante, ne-  
quaquam post committere etiam graviora time-  
mus. Nam dum moderati lingua otiosa verba ne-  
gligit, more inolita remissione capta, audax ad  
noxia prorumpit: dum gula incumbitur, adlevi-  
tatis protinus insaniam proditur: cumque mens  
subigere delectationem carnis renuit, plerumque &  
ad perfidie voraginem ruit. Unde bene Paulus  
plebis Israëlitice damnâ conspiciens, ut imminentia  
ab auditoribus mala compesceret, curavit ex  
ordine transacta narrare, dicens: *Neque idololatria* <sup>1. Cor. 10.</sup>  
*efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scri-  
psum est: Sed sit populus manducare & bibere,* <sup>b</sup> *& sur-  
reveretur Iudere.* Esus quippe potusque ad lusum  
impulit, lusus ad idololatriam traxit: quia si vanita-  
tis culpa nequaquam caute compescitur, ab iniqui-  
tate protinus mens incauta devoratur, Salomone  
arrestante, qui ait: *Qui modica spernit, paulatim* <sup>d</sup> *decidit.* Si enim curare parva negligimus insensi-  
biliter seduicti, audenter etiam majora perpetramus.  
Et notandum, quod non videri, sed considerari  
iniquitas dicitur. Studiosius quippe conspicimus,  
quæ consideramus. Deus itaque hominum vanita-  
tem novit, iniquitatem considerat: quia nec minor  
dilecta inulta deserit, & ad majora ferienda fese  
intentiū accingit. Quia igitur à levioribus malis  
incipitur, & ad graviora pervenit; vanitas men-  
tis obnublat, iniquitas cœcat. Quæ nimur mens  
amisso mox lumine, tantò se altius per tumorem  
erigit, quantò & iniquitas capta laqueis, à veri-  
tate longius recedit. Unde & aptè quoque quod vani-  
tas cum iniquitate pertrahat, exprimit, cùm re-  
pente subiungit;

*Quod divina miseratione quasi domesticum animal loris  
adversitatum electos plerumque ligat, ne per des-  
teriorum silvam effreni libertate discurrant.*

#### CAPUT X.

**V**ir vanus in superbiam erigitur. ] Vanitatis  
quippe finis est, ut cùm peccato mentem sau-  
ciat, hanc ex culpa audacem reddat: quatenus sui  
reatus oblitus, quæ amisisse se innocentiam non do-  
let, justo excœata judicio, simul & humilitatem  
perdat. Et fit plerumque, ut pravis desideriis ser-  
viens, à jugo se divini timoris excusat, & quasi in  
malorum perpetratione jam libera, omne quod vol-  
uptas suggestit, implere contendat. Unde cùm vir  
vanus se erigere in superbiam dicitur, illico subin-  
fertur: [Et quasi pullum onagri se liberum natum  
putat.] Per pullum quippe onagri, omne agrestium  
genus exprimitur, quod naturæ dimissum motibus,  
loris dominantium non tenetur. Agri namque ani-  
malia libertatem habent & ire quod appetunt, &  
quietere cùm lassantur. Et quamvis insensati ani-  
malibus homo longè sit melior; hoc tamen plerum-

que homini non licet, quod brutis animalibus licet. Quia enim ad aliud minimè servantur, corum motus proculdubio nequaquam sub disciplina restringitur. Homo autem qui ad sequentem vitam datur, necesse profectò est, ut in cunctis suis motibus sub dispositione disciplina religeretur, & quasi domesticum animal loris vindictum serviat, atque aeternis dispositionibus restrictum vivat. Qui ergo implere cuncta quæ desiderat, per effractanam libertatem querit, quid aliud quam pullo onagri esse similis concupiscit: ut disciplinæ hunc lora non teinant, sed audenter vagus per silvam desiderorum currat? Sæpe autem divina misericordia, quos prodire in effractationem illicite libertatis conficit, objectione prospera adversitatis frangit: quatenus elisi discant, quā reproba erectione tumuerint; ut jam flagelli experimentis edomiti, quasi jumenta domestica præceptòrum loris mentis colla subjiciant, & vita præsentis itinere ad nutum præfidentis pergant. Quibus bene loris ligatum le noverat, qui dicebat: *Vt jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* Unde & sævus ille persecutor ab agro perfidae volupatis ad domum fidei deductus, rectoris sui calcaribus punctis audiebat: *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Restat ergo, ut si esse jam similes pullo onagri nolumus, in cunctis quæ appetimus, nutum prius intimæ dispensationis exquiramus: ut mens nostra in omne quod nititur, superni regiminis loro teneatur; & inde magis vota sua ad vitam impletat, unde vite suæ studia & contra propriam voluntatem calcat. Multa Sophar fortia protulit; sed quod meliori se hæc loquitur, nescit. Unde adhuc increpando subiungit: [ *Tu auem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas.* ] Firmati cor non hoc loco per virtutem dicitur, sed per infensibilitatem. Omnia namque anima, qui distinctionis intimæ considerationi se subiicit, ex ejus protinus timore mollescit; cumque figura divina formidinis penetrat, quia infirma viscerà per humilitatem gemit. Quisquis autem pertinacia infensibilitatis obdurescit, quasi cor firmat, ne hoc jacula timoris superni confodian. Unde quibusdam per Prophetam Dominus misericorditer dicit: *Tollam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.* Cor quippe lapidum tollit, cum à nobis superbæ duritiam subtrahit: & cor carneum tribuit, cum eamdem protinus nostram duritiam ad sensibilitatem vertit. Per manus verò, ut jam crebò docuimus, opera designantur. Cum culpa igitur manus ad Deum expandere, est contra largitoris gratiam de virtute operum superbire. Qui enim in conspectu eterni iudicis loquens sibi bona quæ facit, tribuit, ad Deum manus superbientes tendit. Sic profectò contra electos reprobi, sic contra catholicos hæretici semper effractantur: ut cùm objurgare facta nequeunt, bonos reprehendere de factorum elatione moliantur: quatenus eos, quos redargueret ex infirmitate actionis non valent, ex crimen tumoris accusent. Unde & ea bona quæ exteriori sunt, nequaquam bona esse jam censem, quia quasi per studium turgida cogitationis exhibentur: qui semper humilitate tumentes increpant, & quod dictis suis semetipsos ferunt, ignorant. Sed quia justum virum Sophar haec tenus reprehendendo corripuit, nunc velut docendo subiungit:

*Quod in oratione faciem absque timore levamus, cum tales nos post orationem exhibemus, quales per orationis tempus iudicii apparere optamus, & quod contemplativa vita stabilitatem perdidisse dicenda non est, etiam si aliquando deficiat, cum semper id quod amittit, inquirat.*

#### CAPUT XI.

**S**i iniquitatem, que est in manu tua, absuleris a te, & non manseris in tabernaculo tuo in iustitia: tunc

A *levare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis.*] Omne peccatum aut sola cogitatione committitur, aut cogitatione simul & opere perpetratur. Iniquitas ergo in manu est, culpa in opere. Injustitia vero in tabernaculo, iniquitas in mente. Mens quippe nostra tabernaculum non incongruè vocatur, in qua apud nosmetipos abscondimur, cum foris in opere non videmur. Sophar itaque, quia justi viri amicus est, novit quid dicat: sed quia justum increpat, hæreticorum tenens speciem, proferre rectè etiam quæ novit, ignorat. Sed nos calcantes hoc, quod ab eo tumidè dicitur, penitus eius verba quām vera sint, si rectè dicentur. Prius enim à manu iniquitatem subtrahi, & post à tabernaculo admonet iustitiam abscondi: quia quisquis jam prava à se opera exterius refecat, necesse profectò est, ut ad semetipsum rediens, solerter sele in mentis intentione discernat, ne culpa, quām jam in actione non habet, adhuc in cogitatione perdure. Unde bene per Salomonem dicitur: *Prepara foris opus tuum, & diligenter Prove exerce agrum tuum: ut postea edifices domum tuam.*

B Quid namque est præparato opere agrum diligenter exterius exercere, nisi evulsi iniquitatis sentibus, actionem nostram ad frugem retributionis extolere? Et quid est post agri exercitium, ad ædificationem domus redire, nisi quod plerumque ex bonis operibus discimus, quantam vita munditiam in cogitatione construamus? Pene cuncta namque bona opera ex cogitatione prœdeunt. Sed sunt nonnulla cogitationis acmina, quæ ex operatione nascuntur. Nam sicut ab animo opus sumitur, ita rursus ab opere animus eruditur. Mens quippe divini amoris exordia capiens, imperat bona quæ sicut: Sed postquam fieri imperat ceperint, ipsis suis exercitata actionibus discit, cum imperare bona inchoaverat, quantum minus videbat. Foris ergo ager excolitur, ut domus postmodum construatur: quia plerumque ab exteriori opere\* videmus, quantum subtilitatem rectitudinis in corde teneamus. <sup>\* ad. suum.</sup> Quem bene Sophar servare ordinem studuit, cum prius auferri iniquitatem à manibus, & postea à tabernaculo iustitiam, dixit: quia nequaquam plenè animus in cogitatione erigitur, quando adhuc ager excolitur, ut domus postmodum construatur: si perfectè duo haec tergimus, ad Deum statim sine macula faciem levamus. Interna quippe facies hominis, mens est; in qua nimur recognoscimur, ut ab auctore nostro diligamur. Quam scilicet faciem levare, est in Deo animum per studium orationis attollere. Sed elevatam faciem macula inquinat, si intendentem mentem reatus sui conscientia accusat: quia ab spei fiducia protinus frangitur, si intenta precibus needum devicta culpa memoria mordet. Diffidit namque accipere se posse quod appetit, quæ profectò remanserit nolle si adhuc facere, quod divinitus audivit. Hinc per Joannem dicitur: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fides nostram habemus apud Deum, & quidquid petierimus, d ab eo accipiemus.* Hinc Salomon ait: *Qui avertit Prov. auem suam, ne audiatur legem, oratio ejus erit execrabilis.* Cor quippe nos in petitione reprehendit, cum refutare se præceptis ejus, quem postulat, meminit; & oratio fit execrabilis, cum à censura avertitur legis: quia dignum profectò est, ut ab ejus beneficiis sit quicunque extraneus, cuius nimur iussionibus non vult esse subjectus. Quia in re hoc est salubre remedium, ut cùm se mens ex memoria culpa reprehendit, hoc prius in oratione defeat, quod erravit: quatenus cùm etroris macula fletibus tergitur, in petitione sua cordis facies ab auctore munda videatur: Sed curandum nimis est, ne ad hoc rurus proruat, quod se mundasse fletibus extulat: ne dum deplorata iterum culpa committitur, in conspectu justi iudicis ipsa etiam lamenta levigentur.

C <sup>1. Ioah. 3.</sup> *Si perfectè duo haec tergimus, ad Deum statim sine macula faciem levamus.*

D <sup>2. b.</sup> *Qui avertit Prov. auem suam, ne audiatur legem, oratio ejus erit execrabilis.*

E <sup>28. b.</sup> *Cor quippe nos in petitione reprehendit, cum*

Soliter quippe debemus meminisse quod dicitur: *Ecclesiastes 7. Ne iteres verbum in oratione tua.* Quo videlicet dicto vir sapiens nequam nos prohibet saepe veniam petere, sed culpas iterare. Ac si aperte dicat: Cum malè gesta defleveris, nequam rursus facias, quod in precibus iterum plangas. Ut ergo ad precem facies sine macula levetur, ante orationis semper tempora debet sollicitè compisci, quidquid potest in oratione reprobari: talemque se mens & cùm ab oratione cessat, exhibere festinet, qualis apparere iudici in ipso orationis tempore exoptat. Sæpe namque immunda quædam, vel illicita in animo versamus, quotiens à precibus vacamus. Sed cùm se mens ad studium orationis exerxit, carum rerum imagines reverberata patitur, quibus libenter prius otiosa premebat: & quasi jam faciem anima ad Deum levare non sufficit; quia in seminimum inquinata mente, maculas polluta cogitationis erubescit. Sæpe curis mundi libenter occupamur. Cumque post hæc studio orationis intendimus, nequam se mens ad caelestia erigit, quia pondus hanc terrena sollicitudinis in profundum meruit: & in prece facies munda non ostenditur, quia cogitationis infima luto maculatur. Nonnumquam vero cor à cunctis excutimus, \* & ab illicitis motibus etiam cùm à prece vacat, prohibemus: sed tamen quia nos culpas rariis committimus, aliena pigris delicia relaxamus: & quod peccare noster animus sollicitus metuit, ed distractus hoc quod in se ab alio delinquitur, abhorrescit. Unde fit, ut eò inveniatur quicunque tardior ad veniam, quod proficiendo factus est cautus ad culpam: & quod ipse excedere in alterum metuit, hoc quod in se exceditur puniri durius exquirit. Sed quid hac doloris macula reperiri deterius potest, quæ in conspectu judicis charitatem non inquinat, sed necat? Vitam quippe animæ qualibet culpa polluit, servatus vero contra proximum dolor occidit. Menti namque ut gladius figuratur & mucrone illius ipsa viscerum occulta perforantur. Qui scilicet à transfixo corde, si prius non educitur, nihil in precibus divina opis obtinetur: quia & vulneratis membris imponi salutis medicamina nequeunt, nisi ferrum à vulnere ante subtrahatur. Hinc est enim, quod per semetipsam Veritas dicit: *Nisi remiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater uester qui in celis est,* D remittere vobis peccata vestra. Hinc admonet, dicens: *Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habebis ad Iacob. 6 f versum alterum.* Hinc rursus ait: *Date, & dabitus vobis: dimittite, & dimittetur vobis.* Hinc \* contra institutionem postulationis, conditionem posuit pietatis, dicens: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:* ut profecto bonum, quod à Deo compuneti perimus, hoc primum sum proximo conversi faciamus. Tunc igitur verè sine macula faciem levamus, cùm nec nos prohibita mala committimus, nec ea quæ in nos à proximis commissa sunt, ex proprio zelo retinemus. Gravi namque mens nostra orationis sua tempore confusione deprimitur, si hanc aut sua adhuc operatio inquinat, aut aliena malitia servatus dolor accusat. Quæ duo quicque dum terserit, ad ea quæ subnexa sunt, protinus liber exurgit. [Et eris stabilis, & non timebis.] Quia nimur tantò minus judicem tremper, quanto in bonis actibus solidius stat. Timorem quippe superat, qui stabilitatem servat: quia dum sollicitus studet peragere quod mansuetè conditor imperat, securus etiam cogitat quod terribiliter intentat. Sciendum præterea est, quod nonnulla bona sunt, ad quæ indefessi persistimus: & rursus nonnulla sunt, à quibus continuo deficiente labimur, atque ad hæc magnis contumacibus per intervalla temporum reformamur. In activa etenim vita sine defectu mens figitur; à contemplativa autem infirmitatis sue pondere victa

\* al. &  
illicitis  
m.c. à  
p. vacat,  
obvia-  
tus: sed

*Matt. 6.*

*b*

*Ibid.*

*Luc. 6 f*

*\* al. con-*

*stituio-*

*ni.*

*Matt. 6. b*

*19.*

*l*assatur. Illa quippe tantò firmius durat, quanto ad vicina se erga utilitatem proximi dilatat: hæc tantò celerius labitur, quanto & carnis claustra transgreduens, super semetipam ire conatur. Illa per plana se dirigit, & idcirco pedem operis robustius figit: hæc autem quod super se alta appetit, ad se eò citius fessa descendit. Quod bene ac breviter Ezechiel insinuat, cùm eorum, quæ viderat, motus animalium narrat, dicens: *Non revertebantur cum incederent.* Et paulò post subiicit, adjungens: *Et anima dlia ibant, & revertebantur.* Sancta quippe animalia aliquando vadunt, & minimè redeunt; aliquando vadunt, & protinus revertuntur: quia electorum mentes cum per collatum sibi activæ vita gratiam, erroris vias deserunt, redire ad malam mundi nesciunt, quæ reliquerunt: cùm vero per contemplationis aciem ab hac se eadem activa vita suspendunt, eunt & redeunt; quia per hoc, quod diu persistere minimè in contemplatione sufficiunt, se iterum ad operationem fundunt: ut in his quæ sibi juxta sunt, se exercendo refovant, & super se rursum surgere contemplando convalescant. Sed dum hæc eadem contemplatio more debito per temporum intervalla repetitur, indeficierent proculdubio & in ejus soliditate persistit: quia etiæ infirmitatis sua pondere superata mens deficit; hanc tamen iterum continua conatus reparata comprehendit. Nec stabilitatem suam in ea perdidisse dicenda est, à qua etiæ semper deficit, hanc & cùm perdiditer, semper inquirit. Sequitur:

*Quod post tentationes l' u'ns facili, in quibus con-  
sumpti videntur electi, quasi sol repente  
à tenebris erumpant.*

## CAPUT XII.

**M**isera quoque oblivisceris, & quasi aquarum qua præterierunt, non recordaberis. ] Mala vita præsentis tanto durius animus sentit, quanto pensare bonum quod sequitur, neglit: & quia non vult præmia considerare quæ restant, gravia extimar etiæ quæ tolerat. Unde & contra flagelli istum cogitatio cœca conqueritur, & quasi infinita calamitas creditur, quæ diebus cursu labentibus quotidie finitur. At si semel quicque ad æternam se erigat, atque in his quæ incommutabiliter permanent, oculum cordis figat, prope nihil esse hoc conspicit, quidquid ad finem currit. Præsentis vita adversa tolerat; sed quasi nihil esse omne quod labitur, pensat. Quod enim se internis gaudii robustius inferit, eò minus exterius dolores sentit. Unde Sophar nequam veritus ausu temerario docere meliore, exhortatur ad justitiam, & demonstrat quā nulla iusti oculis videatur pena. Ac si aperte dicat: Si degustas gaudium quod intus permanet, leve fit protinus omne quod foris dolet. Bene autem præsentis vita miseras aquis prætereuntibus comparat: quia calamitas transiens, electi mentem nequam vi concussionis obruit, sed tantum tamē mœroris infundit. Nam mader quidem per cruentum vulneris, sed à sua certitudine non frangitur salutis. Sæpe autem non solum flagella attrent, sed in uniuersaque iusti animo malignorum quoque spirituum tentamenta graffantur, ut exteriori ex percussione doleat, sed intus aliquatenus ex tentatione frigescat. Sed nequam gratia deserit: quæ quod nos durius ex dispensatione percutit, eò amplius ex pietate custodit. Nam cùm tenebrescere per temptationem cœperit, se iterum lux interna succedit. Unde & subditur: [ *Ei quasi meridianus fulgor consurgent tibi ad vesperum* ] Fulgor quippe meridianus in vespero, est virtutis renovatio in temptatione: ut repentinô charitatis fervore mens vigeat, quæ jam jamque lumen sibi gratiae occubuisse formidabat. Quod adhuc Sophar subtilius

liùs aperit, cùm subjungit: [ *Et cùm te consumptum Aputaveris, orseris ut lucifer.* ] Sæpe namque tot tentamenta nos obſident, ut ipſa nos corum numeroſitas pene ad lapsum desperationis inclinet. Unde plerumque cùm mens in tedium vertitur, vix ipſa virtus ſuę damna conſiderat, & tota dolens, quaſi jam & à ſenu doloris aliena frangitur, & enumera-re non valeret, quanto cogitationum tumultu vastatur. Ruituram ſe per momenta conficit, cique ne arma repugnacionis arripiat, gravius mœror ipſe contradicit. Circumductos quolibet oculos obſer-  
vitas obſidet, & cùm viſum tenebra ſemper impe-  
diant, moſta mens nihil aliud quam tenebras videt. Sed apud misericordem judicem ſæpe hac ipſa qua-  
ad niſum quoque orationis aggravat, pro nobis ſub-  
tilius triftia exortat. Nam tunc mœroris noſtri ca-  
liginem conditor conficit, & ſubtracti lumen radios refudit, ita ut erēcta protinus per dona mens  
vigeat, quam paulo ante decertantia vitia ſuper-  
bia calcē deprimebant. Moſ corporis pondus diſcu-  
tit, atque ad contemplationis lumen poſt turbatio-  
nis ſuę tenebras erumpit. Moſ in gaudium profe-  
etus attollit: qui inter tentamenta pejus cadere ex desperatione cogebatur. Sine cogitationis certa-  
mine praefentia delpicit, ſine dubitatione obſtaculo de ventura retributio confidit. Justus ergo cùm ſe consumptum putaverit, ut lucifer oritur: quia moſ ut tenebrefere tentationum caligine coe-  
pit, ad lucem gratiae reformatus, & in ſeipſo mon-  
ſtrat diem iuſtitia, qui caſurus paulo ante timuit noſtem culpa. Reclit autem lucifero iuſti vita com-  
paratur. Solem quippe præcurens lucifer, diem nunciata. Et quid nobis Sanctorum innocentia, niſi ſequentis judicis claritatem clamat? In eorum namque admiratione conſpicimus, quid de maiestate veri luminis aſtimemus. Necdum Redemptoris noſtri potientiam videmus, ſed tamen virtutem illius in electorum ſuorum moribus admiramur. Quia igitur bonorum vita in conſideratione ſua oculis noſtri vim veritatis objicit, clarus ad nos lu-  
cifer ante ſolem venit. Scindum verò eſt, quod hæc qua ex tentationum ſpiritualium adverſitate diſculpamus, juxta exteriora quoque mala nil obſtar intelligi. Sancti etenim viri quia ſumma me-  
dullitus diligunt, in infimis dura patiuntur: ſed in fine gaudiij lumen inveniunt, quod habere in hoc ſpatio præcurrentis vita contemnunt. Unde nunc per Sophar dicitur: [ *Et quia meridianus fulgor con- furgit tibi ad vespere.* ] Poccator enim lumen in die, eſt obſcuritas in vespere: quia in preſentis vita felicitate attollit, ſed adverſitatis tenebris in fine devoratur. Juſto autem meridianus fulgor ad vespere ſurgit: quia quanta ſibi claritas maneat, cùm iam occumbere coperit, agnoscit. Hinc namque ſcriptum eſt: *Timenti Deum bene erit in extre- mis.* Hinc per Psalmistam dicitur: *Cum dederit di- pf. 126. letis ſuis ſomnum, hoc eſt hereditas Domini.* Qui in hujus quoque vita adhuc certamine poſitus, cùm ſe consumptum putaverit, ut lucifer oritur: quia foris cadens, intus innovatur: & quod magis exterius adverſa tolerat, eſt uberior virtutum lumine in- E riū coruſcat; Paulo attestante, qui ait: *Sed licet is qui foris eſt, noſter homo corruſpiat, tamen eſt qui intus eſt, renovatur de die in diem.* Id enim, quod in preſenti eſt momentaneum & leve tribulationis noſtra, ſupra modum in ſublimitate aeternum glorie po-  
ndus operatur in nobis. Et notandum eſt, quod ne-  
quaquam cùm consumptum fueris, ſed cùm te con-  
ſumptum putaveris dicit: quia & quod videmus, in dubitate eſt; & quod ſperamus, in certitudine. Unde & idem Paulus non ſe consumptum noverat, ſed putabat, qui & in adverſa tribulationum corruiens,  
2. Cor. 4. ut lucifer reſplendebat, dicens: *Quasi morientes, & ecce vivimus: quasi tristes, ſemper autem gaudentes: ſicut egenos, mulitos autem locupletantes.* Scindum  
S. Greg. Tom. I.

quoque eſt, quod bonorum mens quod diuina pro-  
veritate tolerat, eſt aeternitatis praemia certius ſperat. Unde & aptè ſubditur: [ *Et habebis fiduciam, pro- poſita tibi ſpe.* ] Tantò namque ſpes in Deum ſoli-  
dior ſurgit, quantò pro illo quicquid graviora pertu-  
lerit: quia nequaquam retributio gaudium de  
aeternitate colligitur, quod non hic prius pia tribu-  
latione ſeminatur. Hinc enim per Psalmistam dici-  
tur: *Euntes, ibant & flebant, miſtentes ſemina ſua:* Ps. 115. &  
venienteſ autem venient in exultatione portanteſ  
manipuloſ ſuoi. Hinc Paulus ait: *Si commorimur, & convivemus: ſi ſuſtiremus, & conregabimur.* Hinc  
diſcipuloſ admonet, dicens: *Per multas tribulatio- ad. 4. d.*  
*nies oportet nos intrare in regnum Dei.* Hinc Sanctorum gloriam Joanni Angelus indicans, ait: *Hic ſunt Apoc. 7. c.*  
*qui venerant de tribulatione magna, & laverunt flo- 2. Tim. 2.  
las ſuas, & \* dealbaverunt eis in ſanguinē agri.* \* al. can-  
Quia igitur nunc per tribulationem feritur, ut pote cas fece-  
runt in  
roborat, quantò hanc fortior pro veritate afflictio anguſta. Unde aptè protinus adjungit: [ *Et de- fessus ſecurus dormies.* ] Sicut enim malis praefens ſecuritas labor eſt, ita bonis praefens labor perpe-  
tuum ſecuritatē parit. Unde & defoſſum te ſecu-  
rum dormire jam noverat, qui dicebat: *Ego enim 2. Tim. 1.  
jam delibor, & tempus mea resolutionis inſtat; bonum 4.  
certanem certavi, curſum consummavi, fidem ſervavi:  
de reliquo reponita mihi eſt corona iuſtitia, quam red-  
det mihi Dominus in die illa iuſtus iudex.* Quia enim  
contra mala tranſeunt sine defectu certaverat, de  
mansuris nimirum gaudiis ſine dubitate prafume-  
bat. Quamvis defoſſus & aliter intelligi potest. Se-  
pe namque rebus tranſitoriis occupati, penfarē ne-  
gligimus per quanta peccamus: ſed ſi reducito con-  
ſiderationis oculo, à ſinu cordis terrena cogitatio-  
nis \*ager excutitur, quidquid in mente latebat, inve- \* al. aptè  
nitur. Unde sancti viri animorum ſuorum latebras perſercurati non deficiunt, leſeqne ſubtiliter inda-  
gantes, terrenarum rerum curas abſciunt: & effoſſis plene cogitationibus, cùm nullo ſe reatu crimi-  
ni morderi deprehendunt, velut in ſtrato cordis apud ſe ſecuri requieſcant. Latere quoque ab hu-  
juſ mundi actibus appetunt, ſemper ſua conſiderant; & cùm loro regiminis minime conſtringun-  
tur, iudicare qua aliena ſunt, recuſant. Defoſſi ergo ſecuri dormiunt: quia dum ſua intima vigi-  
lanter penetrant, à laborioliſ ſe hujuſ mundi one-  
ribus ſub quietis orio occultant. Unde & adhuc ſubditur: [ *Requiesces, & non erit qui te exterrat.* ]  
Quiſquis enim praefentem gloriam quaerit, profe-  
cto deſpectum meruit. Qui ſemper ad lucra inhiat, ſemper videlicet dama formidat. Cuius enim per-  
ceptione reſiſtunt, ejus rei proculdubio & amilfio-  
ne laſciāt: & quod obligatus mutabilibus ac pe-  
rituris inhāret, eſt longe in infimis ab arce feci-  
tatis jact. At contrā quiſquis in ſolo aeternitatis de-  
ſiderio figitur, nec proſperitate attollit, nec ad-  
verſitate quaffat: dum nil habet in mundo quod appetat, nihiſ eſt quod de mundo pertimescat. Hinc etenim Salomon ait: *Non contriſabit iuſtum quid- prov.  
quid ei acciderit.* Hinc iterum dicit: *Iuſtus quia leo 12. c.  
confidens abſque terrore erit.* Bene itaque nunc dici- prov.  
tur: [ *Requiesces, & non erit qui te exterrat.* ] Quia- 28. a.  
tantò quiſque à ſe plenius pavorem qui ex mundo eſt, abſciit, quantò in ſemelipo verius concipi-  
ſentiam mundi vincit. An non abſque terrore qui ex mundo eſt, Paulus in corde requieverat, qui di-  
cebat: *Certus ſum enim, quia neque mors, neque vi- Rom. 8.  
ta, neque angeli, neque principatus, neque in- 2.  
flantia, neque futura, neque foritudo, neque alti-  
tudo, neque profundum, neque creatura alia po-  
tentia nos ſeparare à charitate Dei, que eſt in Christo  
Ieſu Domino noſtro?* Cuius videlicet foritudo chari-  
tatis, vera sancta Eccleſia voce laudatur, cùm per Cantica cantorum dicitur: *Valida eſt ut mors Cant. 8.*

*De pœnitentia. à delectatione mundi funditus occidit: & tanto hanc valentiū in auctoritatem erigit, quanto & insensibilem contra terrores reddit. Sed inter haec sciendum est, quod pravū cùm rectā prædicant, valde difficile est, ut ad hoc quod taciti ambiunt, non erumpant. Unde & Sophar protinus adjungit: [Et deprecabuntur faciem tuam plurimi.] Neque enim iusti viri idcirco se pro innocentia itinera arta custodiunt, ut ab aliis exortentur. Sed sive heretici, seu perversi quilibet, per hoc quod inter homines quasi innocenter vivunt, videri intercessores pro hominibus volunt: & cùm sancta loquentes insinuant, quod ipsi apperunt, hoc alii pro magno pollicentur: dumque cœlestia prædicant, in suis repente sponsionibus ostendunt quod amant. Sed ne diu terrena pollicendo patescant quod sunt, ad verba reæstitudinis recurrunt. Unde mox subditur.*

*Quod in æterna miseria nullum sit impis effugium: & quod abominatio sit Sanctorum, delectatio peccatorum.*

### CAPUT XIII.

*Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis.] Quod oculorum nomine \* veraintentio exprimatur, per Evangelium Veritas attestatur, dicens: Si oculus tuus fuerit simplex, tunc corpus tuum lucidum erit: quia videlicet si operationem nostram intentio munda præveniret, quamlibet aliter hominibus videatur, interni tamen judicis oculis mundum subseqüentis actionis corpus ostenditur. Oculi ergo impiorum intentiones sunt in eis carnalium desideriorum. Qui idcirco deficiunt, quia æterna negligunt, & sola semper transitoria præstolantur. Adipisci quippe terrenam gloriam cogitant, multiplicari rebus temporalibus exoptant, ad mortem quotidie cursu rerum labentium tendunt: sed cogitare mortalia mortaliter nesciunt. Carnis vita per momenta deficit, & tamen carnale desiderium crescit. Res habita instanti fine corripit, & habendi anxietas non finitur. Sed cum mors impios subtrahit, eorum profectio desideria cum vita terminantur. Quorum scilicet oculi tunc superna ultione deficiunt: quia suo hic judicio à terrena deficere delectatione noluerunt. Hos illorum oculos à jucunditate pristina claudi Pælmaista consperxerat, cum dicebat: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum: quia æterna mala numquam cogitata reperiunt, & subito amittunt bona temporalia, que diu tractando tenerunt. A quibus & omne effugium perit: quia eorum malitia ab animadversione disticti judicis quod se valeat occultare, non invenit. Nam nunc iniqui cùm tristia aliqua, vel adversa patiuntur, effugij latebras inveniunt: quia ad voluptate protinus desideriorum carnalium recurunt. Ne enim paupertas cruciat, divitias animum demulcent. Ne despectus proximorum deprimat, fœse dignitatibus exaltant. Si fastidio corpus atteri-*

*R Epondens autem Job dixit: Ergo vos estis soli homines, & vobiscum oritur sapientia? Et mihi est cor sicut & vobis: nec inferior vestri sum: quis enim hac que nosfis, ignorat? Qui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum, & exaudiet eum. Deridetur enim iusti simplicitas. Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum. Abundant tabernacula prædonum, & audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manibus eorum. Nimurum interroga iumenta, & docebunt te: volatilia celi, & indicabunt tibi. Loquere terra, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat quod omnia haec manus Domini fecerit? In cuius manu anima omnis vivens, & spiritus universa carnis hominis. Nonne auris verba dijudicat, & fauces comedunt, saporem? In antiquis est sapientia, & in malo tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia & fortitudo: ipse habet consilium & intelligentiam. Si destruxerit, nemo est siccabuntur: & si emiserit eas, subvertent terram. Apud ipsum est fortitudo & sapien-*

A tur, antepositis epularum diversitatibus nutritur. Si quo animus mœstitia impulsu dejicitur, mox per interposita jocorum blandimenta elevatur. Tot ergo hic habent effugia, quot sibi præparant delectamenta. Sed quandoque ab eis effugium perit: quia corum mens, amissis omnibus, se solummodo & judicem conficit. Tunc voluptas subtrahitur, sed voluptatis culpa servatur: & repente miseris perundo discunt, quia peritura tenuerunt. Qui tamen quousque corporaliter vivunt, querere noctura non desinunt. Unde adhuc subditur: [Et spes ilorum abominatio anima.] Quid hic peccator totis cogitationibus sperat, nisi ut potestate ceteros transeat, cunctos rerum multiplicitate transcendat, adversantes dominando subjeciat, obsequientibus mirandus innotescat, ira ad votum satisfaciat, benignum se, cùm laudatur, ostendat; quidquid gula appetit, offerat; ad hoc quod voluptas imperat, operis expletione concurrat? Bene ergo spes ilorum abominationis anima dicitur: quia ea quæ carnales ambiunt, spiritales quique judicio reæstitudinis aversantur. Nam quod peccatores voluptatem astimant, hoc justi proculdubio pœnam putant. Abominatio est igitur anima, spes pravorum: quia nimurum spiritus deficit, ubi caro requiescit. Ut enim caro molibus, sic anima duris nutritur: illam blanda refovent, hanc aspera exercent: illa delectationibus pascitur, hæc amaritudinibus vegetatur. Et sicut carnem dura fauant, sic spiritum mollia necant: sicut illam laboriosa interrimunt, ita hunc delectabilis extingunt. Spes itaque carnarium, abominationis anima dicitur: quia inde in perpetuum spiritus interit, unde ad tempus caro suavitatem vivit. Sed hæc Sophar recte diceret, nisi beatus Job cuncta largius etiam vivendo prædicasset. At postquam sancti monere de vita mititur, doctioremque se erudire sapientiae magisterio conatur, ipse diectorum suorum pondus levigat, qui in discretione interposta, omne quod loquitur, destruit: quia liquorem scientiae pleno vasculo superfundit. Sic namque ab indiscretis opes scientiae, sicut à stultis sepe opes corporalis substantia possidentur. Nonnulli enim, qui rerum terrenarum multiplicitate subnixi sunt, aliquando multa & habentibus tribuant, ut ipsi cunctis hæc largius habere videantur. Ita perversi, cùm vera sapientia, recta quedam etiam rectioribus loquuntur; non ut alios audientes doceant, sed ut ipsi quanta doctrina poleant, innotescant. Præire se quippe sapientiæ cunctos astimant, & idcirco nihil le cuiuslibet dicere, ultra mensuras suæ magnitudinis putant. Sic pravus quilibet, sic omnes heretici superba voce meliores docere non metunt: quia omnes se inferiores arbitrantur. Sed sancta Ecclesia elatos quoque ab astimationis sua culmine revocat, & discretionis manu ad aequalitatem compaginem reformat. Unde beatus Job, qui ejusdem sanctæ Ecclesiæ membrum est, videns quod amicorum mens per verba prolatæ eruditio intumuit, illico respondit, dicens:

tia: ipse novit & decipientem, & eum qui decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. Baltheum regum dissolvit, & praeingit fune renes eorum. Dicit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat. Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens. Effundit despectionem super principes, & eos qui oppressi fuerant, relevans. Qui revelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis. Qui multiplicat gentes; & perdit eas: & subversas in integrum restituit. Qui immutat cor principum populi terra: & decipit eos, ut frustra incedant per invium. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce: & errare eos faciet quasi ebrios.

## CAPUT XIV.

<sup>25.</sup> <sup>\* almo-</sup> **E**go vos estis soli homines & vobiscum \* oritur sa-  
piencia.] Quisquis se praetere omnes ratione asti-  
mat, quid iste aliud, quam solum se esse hominem  
exultat? Et sepe contingit, ut cum per tumorē mens  
in altum ducitur, in despectu omnium, & sui admiratio-  
nem sublevetur. In cogitatione etenim proprij  
favores oriuntur, sibique de singularitate sapientiae  
<sup>\* al. blā-</sup> \* blandiuntur. Ipsa fatuus penat ea quæ audi-  
duntur, ac verba quæ profert, & miratu sua, & ridet  
(a fatu-  
ras. pen-  
rat.  
<sup>\* al. mo-</sup>  
rati.  
arum. pene-  
tum. rati.) aliena. Qui ergo solum se sapere astimat, quid  
aliud, quam hanc eamdem secum \* oriri sapien-  
tiam putat? Nam quam adesse aliis abnuit, soli sibi  
hanc tribuens, profectō intra tempora sua brevi-  
tatis claudit. Pensandum verò est, vir sanctus qua-  
nta discretione uitur: ut amicorum superbientium  
arrogantia comprimiratur, cum protinus adjungit:  
[Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri  
sum.] Quis enim nesciat, quantum beatu Job vita  
atque scientia amicorum ejus scientiam excedat?  
Sed ut eorum superbiam corrigit, esse se inferiorem  
negat: & ne suæ humilitatis limitem transeat, esse  
se superiorem tacet: nec preferendo se, sed confe-  
rendo, indicat quod de se qui sibi longè sunt im-  
pare, discant: ut dum sponte inflestitur sapientia  
quæ eminet, nequam se contra vires erigat  
scientia quæ jacet. Quos bene mox ad æqualitatis  
sensum revocat, quia tumere valde quasi de singu-  
laritate magnitudinis pensat, cum subsequenter ad-  
jungit: [Quis enim haec quæ nos sit, ignorat?] Ac si  
aperte dicat: Cum cunctis sint nota quæ dicitis, de  
dictorum scientia singulariter cur tumetis? Quia igno-  
rit elationem arrogantium ad æqualitatem communi-  
tionem revocans, correptione perfecta redarguit,  
ad doctrinæ nunc sententias erumpit: ut amici ejus  
humiliati, priusdissercent veritatem pondera, quam  
reverenter audirent. Sequitur:

Quod viri virtutum cum deridentur ab impiis, ad  
testem conscientia Deum concurrant, in  
quo gloriantur.

## CAPUT XV.

<sup>26.</sup> **Q**ui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit  
Deum, & exaudiet eum.] Sæpe infirma mens,  
cum de bonis actibus aura humani favoris excipi-  
tur, ad gaudia exteriora derivatur: ut postposita  
quod intus appetit, & in hoc libenter resoluta ja-  
ceat, quod foris audit: ita ut beatam non tam fieri,  
quam dici se gaudeat. Cumque laudis suæ vocibus  
inhiat, quod esse cœperat, relinquat. Inde ergo à  
Deo disjungitur, unde in Deo laudanda videbatur.  
Nonnumquam verò recto operi animus constanter  
inmititur, & tamen humanis irrisiōibus urgetur:  
miranda agit, & opprobria recipit; & qui exire  
foras per laudes potuit, repulsi contumelias, ad  
semiperfum reddit: & eò se intus robustius in Deo so-  
lidat, quod foris non invenit, in quo requiescat. Tota  
enim spes in auctore figurit, & inter irrisiōnem con-  
vicia solus interior testis imploratur: atque afflicti  
animus fit Deo tanto proximus, quanto & à gratia  
humani favoris alienus: in precem protinus fundi-  
tur, & pressus exteriū, ad penetranda quæ intus  
sunt, mundiū liquatur. Bene itaque nunc dicitur:

S. Greg. Tom. I.

**A** [Qui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit  
Deum, & exaudiet eum:] quia bonorum menti-  
dum pravi reprobarunt, offendunt quem suorum  
actuum testem querant. Quæ dum compuncta sece-  
in precibus accingit, inde intra se superne exaudi-  
tione jungitur: unde extra se ab humana laude se-  
paratur. Notandum verò, quam providè interpo-  
nuntur, [Sicut ego:] quia sunt nonnulli, quos & hu-  
mana irrisio deprimit, & tamen divinis auribus  
exaudibilis non sunt. Nam cum deriso contraria  
culpam nascitur, profectō nullum virtutis mer-  
itum in deriso generatur. Baal etenim sacerdo-  
tes clamoris hunc vocibus implorantes, derisi ab  
Elia fuerant, cum dicebat: Clamate voce maori; 3. Reg. 18  
Deus enim veſter eſt, & forſitan loquitur, aut in di-  
versorio eſt. Sed hæc ejus irrisio ad virtutis usum  
non fuit: quia per culpa meritum venit. Providè  
ergo nunc dicitur: [Qui deridetur ab amico suo si-  
cuit ego, invocabit Deum, & exaudiet eum:] quia  
illum facit humana deriso Deo proximum, quem  
ab humanis pravitatis vitæ innocentia servat  
alicuius. Sequitur:

De sapientia Sanctorum & prudentia filiorum  
hujus seculi.

## CAPUT XVI.

**D**eridetur enim justi simplicitas.] Hujus mundi  
sapientia, est cor machinationibus regere, sen-  
sum verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere;  
quæ vera sunt, \* fallacia demonstrare. Hæc nimi-  
rum prudentia usu à juvenibus scitur, hæc à pueris  
pretio discitur: hanc qui sciunt, ceteros, delicien-  
do superbiunt: hanc qui nesciunt, subiecti & timi-  
di in aliis mirantur: quia ab eis hæc eadem \* dupli-  
citas, iniquitas nomine palliata diligitur, dum  
plicita-  
mentis perversitas, urbanitas vocatur. Hæc sibi ob-  
sequientibus præcipit honorum culmina querere,  
adæpta temporalis gloria vanitate gaudere; irro-  
gata ab aliis mala multiplicitas reddere, cum vires  
suppetunt; nullis resistentibus cedere, cum virtutis  
possibilitas deest; quidquid explere per malitiam  
non valent, hoc in pacifica honestate simulare. At  
contraria sapientia iustorum est, nil per ostensionem  
fingere, sensum verbis aperire; vera ut sunt diligere,  
falla devitare, bona gratis exhibere, mala libentiū  
tolerate quam facere; nullam injuriæ ultionem  
quarere, pro veritate contumeliam lucrum putare.  
Sed hæc iustorum simplicitas deridetur: quia ab  
hujus mundi sapientibus puritas virtus, fatuus  
creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab  
eis præcudubio stultum putatur: & quidquid in  
opere veritas approbat, carnali sapientiae fatuum so-  
nat. Quid namque stultus videtur mundo, quam  
mentem verbis ostendere, nil callida machinatione  
simulare, nullas injuriis contumelias reddere, pro  
maleficentibus orare, paupertatem quarere, pos-  
sessa relinquare, rapienti non resistere, persecuti-  
ti maxillam, alteram præbere? Unde bene hujus  
mundi dilectoribus ille egregius Dei sapiens, di-  
cit: Abominationes Aegyptiorum immolabimus 23. f.  
Domino Deo nostro Oves quippe Aegyptij edere de-  
dignatur: sed quod abominantur Aegyptij, hoc  
Iudaïtae Deo offerunt: quia simplicitatem con-  
scientiae, quam iniqui qui que velut infumam abje-

X ij

Etiamque despiciunt, hanc justi in virtutis sacrificium vertunt; & excolentes recti puritatem ac mansuetudinem Deo immolant, quam abominantes reprobi fatuatem putant. Quae nimur justi simplicitas breviter, sed sufficienter exprimitur, cum protinus subinfertur:

*Quod iustorum simplicitas apud se intus quasi lampas fulgeat, & superborum factus eorum humilitatem contemnat.*

CAPUT XVII.

**L**ampas contempta apud cogitationes divitum.] Quid hoc loco significatur nomine divitum, nisi elatio superborum: qui venturi judicis respectum non habent, dum superbis apud se cogitationibus tument? Nam sunt nonnulli, quos censu per tumultum non elevat, sed misericordiae opera existant. Et sunt nonnulli, qui dum terrenis se opibus abundare conspiciunt, veras Dei divitias non requirunt, atque aeternam patriam non amant: quia hoc sibi sufficere, quod rebus temporalibus fulciuntur, putant. Non est ergo census in criminis, sed affectus. Cuncta enim qua Deus condidit, bona sunt: sed qui bonis male uitit, profecto agit, ut quasi per edacitatis ingluviem, eo quo vivere debuit, pane moriatur. Pauper ad requiem Lazarus venerat, superbum vero divitem tormenta cruciabant. Sed tamen dives Abraham fuerat, qui in sine Lazarum tenebat: qui tamen auctori suo colloquens, dicit: *Lougar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis,* Quid itaque iste divitias suas estimare noverat, qui semetipsum pulvrem cineremque pensabat? Aut quando hunc res possessa extollerent, qui de sequoque, earum videlicet possessore, tam abjecta sentiret? Atque iterum sunt nonnulli, quibus & res terrena non suppetunt, & tamen apud se per fastum tumoris eriguntur. Hos & censu ad ostensionem potentia minime subvenit, & tamen morum protervia inter reprobos divites addicit. Quoscumque ergo sequentis vita amor non humiliat, hoc in loco facer sermo divites appellat: quia in judicij quoque ultione non discrepant, utrum rebus, an solis moribus intumescent. Qui cum vitam simplicium in hoc mundo humilem abjectamque despiciunt, spicunt, elatis protinus contemptibus irrident. Nequaque \* his hoc exterioris adesse considerant, ad quod ipsi totis conatus anhelant. Quasi stultos ergo despiciunt, qui scilicet ea non habent, quae ipsi utique vel habendo, vel solummodo amando mirantur: & quasi mortuos deputant, quos nequam secum vivere carnaliter pensant. Qui enim ab hujus mundi appetitu moritur, a terrenis membris profecto omni modo extinctus astimatur. Quod bene nostri miraculum Redemptoris signat, cum ab immundo spiritu hominem liberat, de quo nimur scriptum est: *Clamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo: & factus est sicut mortua, ita ut multi dicent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manus eius, elevavit eum, & surrexit.* Velut mortuus quippe ostenditur, qui a maligni spiritus porefacto liberatur: quia quisquis jam terrena desideria subegit, vitam in carnalis conversationis extinguuit: & mundo mortuus apparuit, quia possessore pravo, qui per immunda desideria se agitabat, caret. Quem multi mortuum dicunt, quia qui spiritualiter vivere nesciunt, eum qui carnalia bona non sequitur, extinctum funditus arbitrantur. Sed quia ipsi quoque derisores simplicium, Christianitatis nomine consentient, reverentia religionis pressi, exhibere malum publice irrisions erubescunt. Unde fit, ut apud se tumidi tacentesque derideant quos abjectos valde, atque infimos per simplicitatem putant. Bene ergo dicitur: [Lampas contempta apud cogitationes divitum:] quia superbi quique, dum

28.

Inc. 16.

Gen. 18.

d

\* al. eō.

spicunt.

\* al. cis.

ad

Marc. 9

29.

A pensare bona sequentia, ut superius diximus, nesciunt, pâne nihil esse estimant, quem non vident habere quod amant. Sepe namque contingit, ut electus quisque, qui ad aeternam felicitatem ducitur, continua hâ adversitate deprimatur, non hunc rerum abundantia fulciat, non dignitatum gloria honorabile ostendar, nulla ei obsequantium frequentia suppetat, nulla hunc humanis oculis vestium pompa componat: à cunctis vero despiciabilis cernitur, & hujus mundi \* gloria indignus astimatur: sed tamen ante occulti iudicis oculos virtutibus emicat, vita meritis coruscat, honorari metuit, despici non refut; corpus continentia afficit, sola in animo dilectione pinguefit, mentem semper ad patientiam preparat, & erexit pro iustitia, de perceptis contumelias exultat afflictis ex corde compatitur, de bonorum prosperitatibus quasi de propriis latatur, sacri verbi pabula in mente sollicitus ruminat, & inquisitus quodlibet eloqui dupliciter ignorat. Bene itaque iusti simplicitas & lampas esse dicitur, & contempta. Lampas, quia interiori lucet: & contempta, quia exteriori non lucet. Intrus ardet flamma charitatis, foris nulla gloria resplendet decoris. Lucet ergo & despicitur, qui flagrans virtutibus, abjectus astimatur. Mentes quippe carnalium pensare bona non valent, nisi que carnaliter vident. Hinc est, quod David sanctum pater ipse despexit, quem propheta Samuëlis oculis presentare recessabat. Qui ad unctiois gratiam dum septem fiducias deduxisset, à Propheta requisitus an numerum symbolis explesset, cum magna despectione respondit: *Est adhuc puer parvulus, qui pascit ovem.* Quo deducto & electo, protinus audivit: *Homo uidet in facie, Deus autem in iunctu cor.* Lampas ergo David per innocentiam fuerat, sed tamen valde contempta; quia exteriora cernentibus non lucebat. Scindunt vero est, quod justus quisque aut temporalis gloriam non habet, aut hanc subtempore frangit, si haber; ut honori suo liber emineat, ne ei viets delectatione succumbat. Hinc enim est quod ille prædicator egregius ante humanos oculos Apostolatus sui gloriam humiliaverat, qui dicebat: *Non nisi sumus hac potestate, cum possumus oneri esse ut Christi Apostoli, sed facti sumus parvuli in medio vestrum.* Ejus vero auditoribus nimurum tumor divitum adhuc in corde remanserat, cum dicebant: *Epistola graves sum & fortes, presentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis.* Quem enim talia dicere posse cognoverant, secum communiter vivere non posse judicabant. Cumque eum & humilem vivendo cernerent, & altum sermone pensarent, sua clatio compulit, ut quem per scripta timuerant, per presentia verba despicerent. Quid igitur Paulus, nisi contempta lampas apud cogitationes divitum fuit, qui unde magisterium humilitatis exhibuit, inde a rudibus discipulis superbie contumelias recepit? Horrendo etenim modo languor superbientium unde detumescere debuit, excrevit, dum mens clara carnalium hoc quasi dignabile repulit, quod magister imitabile ostendit. An contempta lampas non erat, qui tot virtutibus emicans, tanta à persecutoribus adversa tolerabat? Legatione in catena fungitur, ejusque vincula in omni prætorio manifestantur, virgis cæditur, multisque ex genere, ex gentibus, per ruficulis urgetur, lapidibus Lystris tunditur, pedibus extra urbem trahitur, quia extinctus astimatur. Sed usquequo lampas ista contemnitur, usquequo despiciabilis habetur? Numquid non fulgorem suum nullatenus exercit, & numquam quanta claritate candeat ostendit? Ostendit plane. Nam cum lampas contempta apud cogitationes divitum diceretur, protinus additur: [Parata ad tempus statutum.] Statutum quippe contempta lampadis tempus, est extremi judicij prædestinatus dies, quo iustus quisque,

B

C

D

E

F

1. Reg. b

1. T. b

2. Cor. 10

\* al. Nū.  
quidnā.

Matt.  
19. dProv.  
31. c

Esa. 3. e

Joan. 15.  
b

Ips. 13. e

Ioan. 1. a

ibid. b

Luc. 23.  
a b

qui nunc despicitur, quanta potestate fulgeat, de monstratur. Tunc enim cum Deo iudicis veniunt, qui nunc pro Deo iniuste iudicantur. Tunc eorum lux tanto latius emicat, quanto eos nunc manus perfectiorum durius angustat. Tunc reproborum oculis patescit quod celesti potestate subnixi sunt, qui terrena omnia sponte reliquerunt. Unde electis suis Veritas dicit: *Vos qui fecuti eis me in regeneratione, cum fedelerit filius hominis in sede maiestatis sua, sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israeli.* Neque enim plusquam duodecim iudices illa interni confessus curia non habebit: sed nimirum duodenario numero quantitas universitatis exprimitur; quia quisquis stimulo divini amoris excitatus, hic possessa reliquerit, illic proculdubio culmen judiciale potestatis obtinebit; ut simul tunc iudex cum iudice veniat, qui nunc consideratione judicij, sese spontanea paupertate castigat. Hinc est enim, quod de sancta Ecclesia sposo per Salomonem dicitur: *Nobilis in portis vir eius, quando se derit cum senatoribus terra.* Hinc Esaias ait: *Domini nus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui.* Hinc confidem seniori Veritas non jam famulos, sed amicos denunciat, dicens: *Non iam dicam vos servos, sed amicos meos.* Quos nimirum Psalmista intuens, ait: *Mibi autem nimis honorati sunt amici tui Deus.* Quorum dum celitudinem cordis asperceret, qua mundi gloriam calce calcarent, protinus addidit: *Nimis confortatus est principatus eorum.* Ac ne paucos esse crederemus, quos proficer usque ad summam tanta perfectionis agnoscimus, illico adjunxit: *Dumnumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur.* Quot itaque nunc pro amore veritatis sese libenter humiliant, tot tunc in iudicio lampades coruscant. Dicatur igitur recte: *[Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statuum:]* quia uniuscujusque justi anima velut abjecta contemnitur, cum degens inferius gloriam non habet: sed admirabilis cernitur, dum defuper fulget. Libet inter haec ad Redemptoris vias, mentis oculos attollere, sensimque a membris ad caput pervenire. Ipse enim nobis lampas veraciter extitit, qui pro redemptione nostra in cruce moriens, tenebris nostris mentibus lucem per lignum fudit. Hac nos lampade Joannes illuminari conspicerat, cum dicebat; *Erat lux vera, que illuminat omnem hominem.* Quam tamen apud cogitationes divitum contemptum vidit, cum paulo post subdidit: *In propria venit, & sui cum non receperunt.* Hujus lampadis flamas Herodes explorare voluit, cum ejus miracula videre concupivit, sicut scriptum est: *Erat enim ex multo tempore cupiens videre cum eo quod audisset multa de illo, & sperabat signum ali-*

*quod videre ab eo fieri.* Sed lampas haec ante ejus oculos nullo radio lucis emicuit: quia ei, qui se non pied, sed curiosus quæsierat, nil de se mirabile ostendit. Inquisitus quippe Redemptor tacuit, expectans miracula exhibere contemptus, seseque apud se in occultis retinens, eos quos exteriora querere comperit, ingratos foris reliquit: magis eligens aperte a superbientibus despici, quam a non creditibus vacua voce laudari. Unde & protinus lampas ista contemplata est, sicut illic subditur: *Sprexit autem illum Herodes cum exercitu suo,* *Ibid.* *& illius indutum veste alba.* Sed contempta lampas, quæ in terra irrisiones tolerat, de caelo ludius per iudicium coruscat. Unde hic aptè subiungit: *[Parata ad tempus statuum.]* De quo videlicet tempore per Psalmistam dicitur: *Cum accepero tempus, ego iusticias iudicabo.* Hinc in Evangelio per semetipsam Veritas denunciat, dicens: *Tempus meum nondum advenit.* Hinc Protrus ait: *Quem oportet calum suscipere, usque ad tempora resistutionis.* Lampas ergo quæ nunc contemnitur, ad statutum tempus ventura preparatur: quia ipse peccata in die ultimo iudicat, qui nunc peccantium derisiones portat. Et tanto tunc durius distinctionem exerit, quanto nunc vocandis peccatoribus suam leniùs patientiam sternit. Qui enim diu convertendos expectat, non converto sine retrahitione cruciat. Quod per Prophetam scilicet breviter insinuat, dicens: *Tacui, Esa. 42. 6. semper filii, patiens fui, sicut parturiens doquier.* Ut enim iam prædictimus, parturiens cum dolore ejicit hoc, quod in intimis tempore longo gestavit. Qui ergo semper filii, sicut parturiens loquitur: quia venturus iudex, qui sine ultione diu facta hominum perculit, quandoque cum fervore examinis, quasi cum dolore mentis, quanto animadversionis sententiam intus servaverit, ostendit. Nemo igitur hanc lampadem, cum latet despiciat, ne contemptores suos, cum de caelo fulserit, exurat. Cui enim nunc non ardet ad veniam, tunc proculdubio ardebit ad pœnam. Quia ergo per supernam gratiam vocationis tempus accipimus, dum adhuc licentia supereft, ejus iram, qui ubique est, mores in melius commutando, fugiamus. Solum quippe animadversio illa non inventit, quem correctio abscondit. Hæc nos largiente Domino in duabus iam corporibus transcurrisse sufficiat. Quia enim sacrilibi sequentia mysteriorum virtutibus extensa, complecti breviter expounding non possumus, ea necesse est, ut alius voluntibus reservemus: quatenus lector tantè ferventer ad legendi studium redat, quanto ex lectiōni quoque intercessione respirat.

